

seien.) Vergl. das hl. Köln, Art. Rathauskapelle.) Nach v. Falke und Frauberger waren an Stelle der gemalten Figuren ursprünglich figurliche Fülltafeln vorhanden. Die Fülltafeln und der mit den Schmelzplatten des Rahmens wechselnde Edelsteinbesatz sind nach v. Falke im 14. Jahrhundert entfernt und die Fülltafeln durch aufgemalte Figuren ersetzt worden. (Vergl. v. Falke und Frauberger, Deutsche Schmelzwerke pp. S. 38.)

Die Malereien sind noch v. Falke im 19. Jahrhundert weitgehend ergänzt worden. Vergl. v. Falke und Frauberger wie vor. Wie Bock berichtet, waren zur Zeit, als das Retabulum in den Besitz der Stadt Köln überging, einige der Köpfe ganz verschwunden. Ramboux, der Konservator der Wallraf'schen Kunstschätze, hat mit liebevoller Sorgfalt die Figuren in den Farbtönen des Originals und unter möglichst strenger Wahrung des alten Charakters wiederhergestellt und überhaupt dem Kunstwerk in seinen übrigen Teilen eine gründliche Erneuerung angedeihen lassen. (Vergl. Bock, das hl. Köln, Art. Rathauskapelle.)

Interessant ist an dieser Stelle die Annahme Bocks, die palla habe ehemals zur Ausstattung der beiden Schmalseiten noch zwei schmälere Flügel gehabt. Bock wird auf diese Vermutung durch den Umstand geführt, weil das Retabulum nur 6 Apostelfiguren zeigt. Bock nimmt daher an, die übrigen 6 Apostel wären zu je drei und drei auf den beiderseitigen Schmalseiten angebracht gewesen. Aus dem heutigen Zustande des Retabulum kann diese Vermutung Bocks weiter nicht gestützt werden.

Wie der Augenschein lehrt, haben die Figuren durch Feuchtigkeit stark gelitten, indem die Farben zum Teil verwischt sind. Es erklärt sich dieses aus dem untergelegten Kreidegrunde. Wenn auch die Emails teilweise abgebröckelt und aus dem Verbands gelöst sind, so stellt das fast 800 Jahre alte Retabulum selbst in diesem Zustande noch ein Werk von hoher Schönheit dar.

Expilatio Monasterii Ettalensis per Schmalcaldicos anno 1552 regnante Placido I. Abbate.

(Descripta ex codice lat. 27189 Bibl. Regiae Monacensis.)

20. Maji 1552 duo famuli vel satellites a Mauritio Friesen commeatus praefecto (qui tunc temporis Rottenbuechii¹⁾ morabatur) in hoc Monasterium missi sunt datis litteris, quae aliud nihil habebant, nisi quantum commeatus in castra mittere necesse foret, eos satellites verbis coram ostensuros esse; hi vero petierunt, sibi, quantum Coenobii facultates admitterent, subministrari, quibus

¹⁾ Rottenbuch, Augustinerchorherrnstift, 4 St. nordwestl. von Ettal.

volens et ultro omnia granaria aperta sunt, et adeo totae annonae ostensae, unde libere responsum dederunt, plura propter defectum, frumentorumque penuriam mitti non posse, tamen sequenti die, utpote 21. Maji 18 urnas vini Athesini,¹⁾ duo millia et 100 panes, nec non 18 saccos avenae mensurae Monacensis Abbas vehi curavit: pro quibus omnibus 77 floreni sunt numerati, quam summam vinum facile superasset. Ad hoc tribus Ducibus, scilicet Mauritio Duci,²⁾ Duci Brandenburgensi Alberto, Duci Mechelburgensi Alberto, singulis bene saginatum bovem dono misit, praefecto autem commeatas Mauritio 2 saccos avenae.

Item 23. Maji Abbas quorundam negotiorum expediendorum causa Murnavium,³⁾ cuius iurisdictio huius coenobii Ettal est, equo profectus est, ibique cogente necessitate pernoctavit nihil mali vel hostilitatis suspicatus, seu timens: statim sequenti die, qui 24. erat Maji, cum se iam itineri domum versus accinxisset, nuntiis occurrentibus certior factus est, quod circiter 12. diei horam in absentia sua ex improvise, nec ullo sperante (quia pax promissa fuerat) 17 numero equites, et 200 milites tormenta aenea gestantes, quibus nonnulli securibus, malleis, ferreis sudibus et aliis instrumentis ad effringendas fores, et portas paratis armati erant mixti, Coenobiumque adiutorio illo aggressi sunt et Martiali violentia obruerunt, et occupaverunt. Horum duces, et primates cellae vinariae praefectus, qui, Abbate absente, ipsius solet gerere vices, nihil de adventu hostium ullorum sollicitus debita reverentia salutavit, honorisque exhibitione benevole suscepit, mox quidam antesignanus, qui se Joannem de Reischach nominavit, astitit illi, et huiusmodi allocutus est verbis: Habemusne cibi et potus copiam ac paratum in promptu sufficientem commeatum? Cum cellae praeses interrogando respondit, quotnam illorum essent numero, ad quod dictus Johannes minaci retulit, 10.000, Cellarius horrore (nec immerito) percussus dixit, se plurimum vereri, nunc temporis tantum apparatus praesto haberi non posse, quia praeterita die Saturni (qui 21. Maji fuerat) multum commeatus cum vino, panibus, atque avena missum sit; verum ille antesignanus spoliis avidus non contentus hac excusatione, quia non eam ob causam quaesierat, statim violentas manus Cellario iniecit, et zonam cum pera potenter furenti animo a lateribus eius detraxit et aperuit, in qua pera Corallinum Orarium (quod vulgo Pater noster dicunt) cum argenteis deauratis intersectionibus, alia quaedam monilia nec non pecuniae aliquantum, quam ab Abbate in usum Coenobii expendendam acceperat, invenit, quae omnia computata summam 15 florenorum faciunt, post hoc ad suam

¹⁾ Etschwein aus den Weinbergen des Klosters bei Meran.

²⁾ Moriz von Sachsen, der Hauptanführer der feindlichen Partei.

³⁾ Murnau, Markt, 4 St. nördlich von Ettal.

cellam nolens ductus est, eamque reserare compulsus et coactus, ubi vidente et praesente ipso, idem Johannes de Reischach iuxta suum arbitrium omnia vestimenta eius militibus divisit. Dehinc idem Joannes Cellarium Domini Abbatis habitationem monstrare ursit, ad quam ubi ventum est, omnes ianuas non patentes aut dissecuerunt aut ipsis cardinibus disiecerunt, capsulas violenter aperuerunt, arcas fregerunt, seras ruperunt clavium vice dentatis maleis utentes et inde quicquid placuit, veluti proprium, et bono iure ad ipsos pertineret, acceperunt et secum tenuerunt, praecipue vero 6 argentea pocula, quibus quotidie Abbas in mensa usus est, similiter omnes vestes et indumenta Domini Abbatis, duabus tunicis vilissimis, et maxime detritis exceptis, totidemque cuculis: item omnia stragula ex vulpium lustrarumque pellibus facta et consuta lodices tenuissimis filis plurimas, lectisternia multa, pulvinarium et cervicalium propemodum omnia (his enim ad constringenda et deportanda sua furta usi sunt) panni tenuissimo texti stamine magnam copiam. Praeterea omnibus famulis atque ministris omnia vestimenta et arma surripuerunt, ut pauci fuerint, quibus quippiam praeter id, quo induti fuerunt, manserit: Fratribus conventualibus singulis vestes abstulerunt, nonnullis etiam (nefas auditu) de pedibus secuerunt: laneis lintheaminibus, quibus voti et professionis ratione utuntur, spoliaverunt: insuper ex cellis illorum, quaecumque voluerunt, ferreque potuerunt, velut aequissimo iure facerent, deportaverunt: de suppellectili domestica Coenobio nihil reliquerunt, nisi quod frangere aut auferre nequiverunt; vini optimi ultra 20 urnas petulantia et temeritate effuderunt, ebiberunt, et secum abstulerunt; his spoliis non saturati summa tyrranide atque insaniã veluti Bacchides tygnesque feroces, templo, locoque sacro (a quibus etiam gentes abstinere solent, quibusque publico iuramento militari providetur) non pepercerunt, sed omni honestate neglecta, et spreto omnique reverentia et pietate deposita, velut ratione carerent, nec ullum Deum, qui aliquando impios et perfidos puniturus sit, crederent, certatim irruerunt, ambulacrum Coenobii foedarunt, ianuas et seras oclusas securibus dissecuerunt aut igneis globis pulvere transmissis fregerunt, horrenda, et aeterno supplicio digna impietate custodiam venerabilis Sacramenti eruperunt, et inde vasculum, in quo retinebatur, ex argento deauratum cruentis suis manibus sustollentes venerandum Corpus Christi foras proicientes pedibus (pro scelus inauditum!) vipereis conculcarunt, summisque contumeliis affecerunt, debonestaruntque calices rebus sacris peragendis, non vino epotando accomodatos, septem una cum baculo sceptro Domini Abbatis deaurato receperunt: in vestitu Ecclesiastico ex anatribus sacris innumera, et diu non recuperanda damna exercuerunt; purpuram villosam, vestes sericas, subsericas, alba et humeralia (ut vocant)

detraherunt, SS. Reliquias auro et argento turpiter privaverunt, et abstulerunt, his omnibus peractis fr. Conventuales, qui se voto obstrinxerant, loco expulerunt, variisque contumeliis et plagis affectos rerum mundanarum insuetos, quantum potuerunt, persecuti sunt, et nudos ferme per alpium iuga fugarunt. Cellae praefectum atrociter et frequenter suspendium minitando 60 adhuc florenis multaverunt, schedulas quasdam debitorum surripuerunt, quibus Coenobium non absque ingenti iactura caret. Interea diversorium nostrum et villam prope Coenobium nonnulli spoliantes quidquid attrahere licuit, asportare non spreverunt, vini plurimum, sicut in Coenobio, ebiberunt, diffuderuntque. Nec his spoliis contenti, nec tanta rabie satiati, monasterio 25 equos, hospiti vero 3 utpote tractandis quadrigis consueto, et equuleos triennes insectis adhuc testibus, et alios nonnullos iuniores abegerunt: item vaccas pulcherrimas lactisque abundantissimas 88 duosque tauros abduxerunt, de quibus Abbati 7, hospiti 3 tantum ex fuga redierunt, praeterea 2 iuga boum, qui 50 fl. vendi potuissent, de quibus unicus quasi postliminium reversus est. Molendinum (quod omni militari iuramento adversatur et quasi ex diametro cum eo pugnat) ita diruperunt, ut operi faciendo amplius non fuerit aptum et utile; in discessu et alpium transitu 6 vaccas Helveticas, boves 2, 4 vitulos. Villico, quem Abbas pascuis aestivis praefecerat, illique ad colligendum butyrum, caseosque premendos et coagulandos hos commiserat, deduxerunt, item 9 villicis, qui huius Monasterii iurisdictioni subiecti et huius Ecclesiae fundarii sunt, quos nostra linqua Graswanger¹⁾ vocant, 105 vaccas pingues et lactifluas, cum 9 equis aliisque bonis mobilibus prope omnibus diripuerunt, illos vero tot plagis et verberibus affixerunt, ut praeter mortem nihil sperandum fuerit; tandem (heu scelus infandum) debiles multumque dolatos villicos illorum et Monasterii pecora per sylvam et viam salebrosam agere, atque bona furta subducta et rapta dorso in castra usque ferre coegerunt. His ita vertentibus Satellites qui commeatum de Coenobio Benedictoburano²⁾ et pago Habach³⁾ versus Rottenbuchium deduxerunt, aurigam huius Monasterii cum 4 fortissimis equis et curru 9 saccis avenae onusto omnique ornatu equorum in publica via a Weiheimio⁴⁾ Ettal versus prope- rantem deprehenderunt, et una nolentem multaque causantem in castra usque secum abduxerunt; verum auriga illorum tyrannide atque minis atrocibus perterritus vitae suae asylum quaerens equo ascenso noctu clam aufugit, illisque unicum equum, relictis tribus

¹⁾ Graswang, Dorf bei Ettal, 1 St. entfernt.

²⁾ Benediktbeuern, eines der ältesten und bedeutendsten Benediktinerstifte in Südbayern.

³⁾ Habach, ehemaliges Kollegiatstift bei Weilheim.

⁴⁾ Weilheim, Stadt nördlich von Ettal.

unacum quadriga et avena, domum reduxit. His omnibus nondum satis factum sibi esse iudicabant, nam post despoliationem rerumque omnium ablationem tertio die, qui 27. Maii erat, saepius iam dictus Mauritius iterum duos satellites misit; sic rursus 3 curcus vino utpote 20 et una urna oneraverunt, et Monasterii subditorum iumentis devexerunt, de quibus 9 urnae auxilio bonorum amicorum non sine magno labore et dispendio recuperatae sunt; quod reliquum fuit, idem Mauritius Friesen absque omni solutione penes se reservavit; eodem die 9 quadrigas frumentis oneratas scil. 24 saccos subditorum coacta opera abduxerunt, de quibus 31 sacci Schongae¹⁾ venditi sunt, pecuniaque restituta residuum Mauritius retinuit, nec ullam solutionem fecit. Item 30. die Maii idem Mauritius apud nobilem virum Dominum Eustachium Liechtenstein Illustr. Princ. Bavariae Alberti Dni. nostri Clementissimi a consiliis institit et sollicitavit, ut, quod reliquum esset in Ettal avenae, farris sive siligimis statim Schongam veheretur, quapropter per Monasterii famulos denuo 84 sacci farris collecti et constricti sunt, et certa subditorum vectura iuxta mandatum dicti Dni. Eustachii (qui tunc temporis Schongae praesidii causa erat) Schongam missi, et deinde ad illorum castra ab iisdem aurigis vecti, pro quibus 87 fl. cum 40 crucigeris Abbati relati sunt. Sic tali modo Neoterici Christiani, qui, Christiano nomine spreto, Evangelici vocari cupiunt, sua, de qua vane gloriantur, libertate, summa tyranide in maximam huius Coenobii iacturam usi sunt; recipient olim mercedem satis condignam. 17. Apr. 1592.²⁾

Das Grafengeschlecht der Mattonen und seine religiösen Stiftungen in Franken, vornehmlich Megingaudshausen im Steigerwald und Schwarzach am Main.

Von Dr. Theodor J. Scherg.

(Fortsetzung zu Heft 4, 1908, S. 674—680.³⁾)

§ 12. Die Äbte von Megingaudshausen.

Abt Benedikt von Aniane war nie eigentlicher Kloster-
vorstand von Megingaudshausen. Er hatte das Kloster nur über-
nommen und seine Mönche eingewiesen. Nach kurzem Aufenthalte

¹⁾ Schongau, Stadt südlich von Augsburg.

²⁾ Tag der Abfassung der Chronik oder der Abschrift derselben.

³⁾ Nach Erscheinen der »Studien und Mitteilungen 1908, XXIX, H. 4« welche S. 674—680 in § 10 und § 11 über Benedikt von Aniane in Megingaudshausen und die Lebensordnung der dortigen Mönche berichten, wurde ich durch meinen sehr verehrten Freund H. P. Dr. Bruno Albers aus Monte Cassino